



OLPHI PRÆCEPTA

conversione Temporum Æquatoriorum hujus æquationis in Minuta horaria; sed illa ipsa Tempora & Scrupula, ut excerpuntur ex sua Tabellâ, possunt statim addi ad ascensionem rectam mediæ Cæli, vel obliquam Horoscopi,

*Cur in Tabellis æquationis Temporis exhibeantur Æquatoria tempora, non minuta horaria.*

*Modus æquandi temporis secundum Tychohem, etiam sine Tabella sua.*

*Perpetuus est.*

*Cur primus ordine.*

*De secundo seu Astronomico modo dies æquandi. Eius causa duæ.*

*Tertia non certa necessaria.*

*Inæqualitatis in Præcessione Æquatoriorum causa.*

corum seu punctorum Eclipticæ est, sed momentorum temporis, quæ annum Tropicum, ab Æquinoctio vernali ceptum, hæctenus prolongarunt, ab Autumnali abbreviarunt. Nulla igitur hinc quidem existit trepidatio principii Zodiaci, nulla per eam Ascensionum rectarum alteratio, temporis amplius æquandi materia.

Secundò illud inprimis inculcandum est studiosis Astronomiæ, quamvis secundus iste modus in causis planè conveniat cum eo, quem tradunt Prutenicæ, rationem tamen utendi diversam hinc necessariò debere observari, quàm in Prutenicis. Illæ namque cum adhibeant Epochas non plures quàm quinque; omnium illarum tempora per æquationem dierum reducerunt ad apparentia, motuumque mediorum loca iis sic sumptis accommodarunt. At quia in his Tabulis Epochæ plures sunt collocatæ, ob causas suo loco explicandas; omnes igitur intelliguntur, ut æquabilibus intervallis centenorum aut millenorum annorum distantes. Molestissimum enim fuisset, unamquamque Epocham seorsim ad suum tempus apparens reducere, totidemque Ascensiones rectas motus Solis veri, calculatori obtrudere, quot sunt Epochæ, solum æquandi temporis causa; præsertim cum modi æquandi sint plures, & res dubia.

ITAQUE si locum Lunæ quis computare vellet ad ipsum Tempus unius Epochæ in his Tabulis positæ, ad annum sc. ejus exactè completum: oporteret tempori illi prius adhibere æquationem dierum: quod fit, si quis motus per Minuta æquationis dierum collectos, aut auferat à loco Epochæ, si ablativa est æquatio, aut addat, si adjectoria. Ita loca respondebunt anno Epochæ apparenti completo. Nullum enim temporis momentum dari potest, quod æquatione dierum, ut ea in his Tabulis traditur, non indigeat: præterquàm illa, in quibus aut causæ temporis æquandi ab uno & eodem puncto Cardinali incipiunt, aut altera alteram compensat: quod fit bis quolibet anno.

Secundò igitur modi æquatio temporis Astronomica & demonstrativa, propriè quidem non per Tabulam excerpitur, sed per comparationem loci Solis mediæ, & Ascensionis rectæ ejusdem Solis loci veri. Harum enim differentia, sive Temporibus constans æquatoris, sive in Minuta horæ, ut prius, conversâ, est ipsa temporis æquatio, subtrahiturque à tempore apparenti, si locus Solis medius excesserit loci veri Ascensionem rectam; additur, si defecerit ab eâ, ut fiat tempus æquale: contrarium fit si Medium convertendum est in Apparens, ut prius.

Sed tamen, quia non ita crebra occurrit necessitas in his Tabulis, computandi locum Solis medium, (quippe qua sublevamur, si operemur per Tabulas Solis subsidiarias:) parum admodum peccabimus, si etiam sic agamus. Primùm exquiratur æquatio Tychohemica, ut prius, in Temporibus æquatoris, cum titulo suo. Deinde cum Anomalia Solis coæquata in signa redactâ (ejusvis residuo ad totum circulum)

*Modus idem qui in Prutenicis, ut præceptum dicitur.*

*Epocharum Prutenicarum tempora esse apparentia.*

*Cur Epochæ harum Tabularum sint ad Tempora mediata*

*PRÆCEPTUM 10. Quando sine corrigenda loca siderum, Epochis harum Tabularum adscribita, ut congruant Temporibus eorum appropinquenter sumptis.*

*Secundum Modus æquandi Temporis. 1. PRÆCEPTUM 51.*

*PRÆCEPTUM 52. PRÆCEPTUM 59.*

- 058
- 056
- 062
- 052
- 067
- 047
- 107
- 007
- 157

Ende

Anfang